



Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.I.], 1645

§. 13. S. Spiritus, & S. Thomas Apostolus, SS. Eucharistiam præbentes,
itémque dignè & indignè communicantium discrimen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

mysterium, nisi omnipotens Deus offerentem fecerit dignum? Talis oratio humilem facit, talis meditatio dignum; talibus se porrigit Seruator, quia cum simplicibus sermocinatio eius. Qui etiam S. Dionysio, cum Rustico & Eleutherio socijs, in carcere, detento, & mox ad martyrium ituro, cunctis, qui doctrinæ eius audiendæ gratia aderant, spe etantibus, ingenti luce, & Angelorum multitudine circumdatus, sanctum panem porrigenus, dixit: *Aceipe hoc, mi chare, quod mox complebo tibi, una cum Patre meo, quoniam mecum est maxima merces tua, & his, qui audierint te, salus in regno meo.* Hæc, dum Missam, iam tum Apostolorum tempore, in custodia, faceret D. Dionysius, euènere. Tuenim, ô Deus, fecisti priora, & illa post illa cogitasti: & hoc factum est, quod ipse voluisti. *Iudith. §. 5.*

Prou. 3?

32.

Su. 9. O-

ctob. in

vita eius,

c. 29. &

Io. Gas-

retius.

cent. 9. ex

Hilduin

Abbate

840.

§. XIII.

S. Spiritus, & S. Thomas Apostolus SS. Eucharistiam præbentes: itemq; dignè & indigne cōmunicantium discrimen.

Verum neque Spiritus Sanctus deest, Eucharistiam desiderantibus. Siquidem, vt, in vita SS. Martyrum Faustini ac Iouitæ, habetur, cum prædicti martyres Secundum militem, Mediolani, baptizassent, & sacrâ

L 2

etiam

164 Cap. VII. De reali, seu sacramentali,

etiam communione, ex eo, membrum Ecclesiæ facere voluissent, sed panis deesset, ex quo sacramentum conficerent, à columba alite rostro delatum accepere, eique sumendum præbuere, sacrum esse minimè dubitantes, qui sic afferebatur. Et facile fuit credere, Spiritum S. fuisse, quem etiam Ioannes Baptista *descendentem, quasi columbam, de cælo* vidisse se testatus est. Certè, cum trium diuinarum personarum simplex, vnicaque substantia separari nō possit; apud eundem, Pater, & Spiritus Sanctus mansionem facit, apud quem Dei Filius diuertere non deditur. Quare huius diuini Spiritus est, homines ad crebrò communicandum & incitare, & iuuare, ut dignè communient. Nam indignis, meritò cœlum claudit, ne manna hoc inde descendat. Cur enim non faceret? cum Apostoli id scribantur fecisse. Nam, coronidis loco, adjiciam, quod à multis probatis scriptoribus referatur, Anno scilicet Christi 1121. Ioannem Indorum Patriarcham venisse, & Callisto Pontifici, Cardinalibus, Prælatisque alijs, in consistorio publicè, summa cum fide, narrauisse, suo quidem tempore. S. Thomam Apostolum, quotannis, populum, sua ma-

Ioan. I.

32.

Helinād.

in Chro.

To. Nau-

cler. vol.

2. gen.

38. Sta-

pleton. in

Collect.

de S. Tho-

ma &

nu , communicauisse , & , qui dignis sacra-
mentum porrexerat, ab indignis id retraxis-
se. Quod iudicium discriménque etiam vi-
dit olim Ammona presbyter sacris o-
perans. Angelus enim ad dexterum altaris
cornu astans , dignè communicantium no-
mina in librum referebat ; eorum autem ,
qui synaxi se subduxerant , nomina con-
spexit deleri, qui triduo inde mortui sunt_.
Si oculos Ammonæ haberemus , quām mul-
tos indignè ad altare accedentes conspi-
ceremus , de libro vitæ deleri ? Admiranda
Dei patientia est , qui ordinariè non vult à
sacerdote cōmunicante cognosci discrimen
dignè, indigneūe communicantium, neque
retrahi manum , etiamsi Iudas aliquis , hoc,
est, auarus, proditor, aut sacrilegus, impu-
ro ore , SS. Eucharistiæ sacramento inhiet.
Impunè id se isti facere putant, qnia non
statim puniuntur. Sed, ô Deus , omnes via
tua paratae sunt , & tua iudicia , in tua prou-
denta posuisti.

Petr. Ri-
badene-
ira de vi-
tis SS. 12.
Decemb.
Pallad. in
SS. PP.
c. 72.

Judith
9.50

§. XIV.

Quām grauiter peccent indignè commu-
nicantes ?

Hoc est iudicium Dei. Dignis etiam spi-
ritualē dat escam , in tempore opportuno, in-

L 3 dignos